



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

VI. Innovatio Litterarum Innoc. X. Quod Commendatarii, Monasteria Ordin.  
Cistercien. in Commendam obtinentes, nullam in Monasteria sibi  
commendata, quoad eorum Monachos, jurisdictionem exerceant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO 6  
1655.

ALEXANDER SEPTIMUS.

- Ad 16. Subjacere durante absentia.  
Ad 17. Recuperare.  
Ad 18. Non reviviscere.  
Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.  
Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.  
Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.  
Declarationes suprascriptas S. D. N. ad se relatas approbat, & ab omnibus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrarii quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ die 27. Iulii 1655.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indicione 8. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Provid. Papa VII. Anno ejus primo die vero 6. mensis Augusti, supra dictam Declarationem affixam, & publicatam fuisse in Ecclesia Later. Basilice Principis Apostolorum de Urbe necnon Cancellerie Apostol. Valvis, ac in aie Campi Flora, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Lazzonium Apost. Curorem.

Pro D. Mag. Curs. A. Castruccius.

V.

Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum, tam Guardiano Sacri Montis Sion, quam Fratribus necnon locis Terræ Sanctæ.

De locis Terræ Sanctæ lege que notavi ad Conf. 117. Salvatoris. Urbani VIII.

Edita An. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Prolis Christi fidelium votis ex quibus Sanctorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus libenter annuimus, & illa quantum nobis ex alto conceditur favoribus Apostolicis confoveremus.

Supplicatio.

S. 1. Cum iraque sicut dilectus filius Franciscus Rapol. Ord. Fratrum Minorum S. Francisci de Observ. nuncupatus Professor, Sacre Theologie Lector, ac Prædictor Generalis Provincie Cathalonie, necnon Commisarius, & Procurator Generalis totius Familiae Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium, eorumdem Fratrum inibi vineam Domini assidè excellentium, Sacraque loca venerantium subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum, omnia & singula gratias, privilegia, & Indulgentias hac usque Sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

Absolvit à censuris.

S. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsumque Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliquis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, in-

dulta, Indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon d. Ord. Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quocumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam in genere, vel in specie aut alias quomodolibet concessa quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, Sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Conc. Trident. Decretis non adversentur Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetua, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos tam juris quam facti defectus si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint supplemus, nec non insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpresibus nunc Hierosolymis, Bethlehem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cuiuslibet eorum mortis articulo si verè penitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vel quantum id facere nequierint saltem contriti nomini JESU ore si potuerint, sin autem corde devote invocaverint plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Augus. 1655. Pontificis nostri Anno primo.

ANNO  
1655.

Confirmat  
ur in Rubri  
ca.

Concedit  
Fratribus in  
art. mortis  
Indulg. plen.

Dat. P. A. 1.  
die 3. Aug.

VI.

Innovatio Litterarum Innoc. X. Quod Commendatarii, Monasteria Ordin. Cisterciens. in Commendam obtinentes, nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos, jurisdictionem exerceant.

Cisterciensium Ordo fuit institutus à Divo Roberto, & à Divo Bernardo illustratus, & temporis intervallo valde propagatus. Six. V. Conf. 34. tom. 2. Cisterciensium Monasteria Mulieres ingredi prohibuit Greg. IX. Constitut. 7. §. 2. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII.

Edita An. D. 1655.

Ad futuram rei memoriam.

E xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nicolai Dunin Ord. Cisterciens. in Regno Polonia Vicarius, & Visitator Generalis, ceterique Coabbates dictorum Ordinis & Regni per suum in Romana Curia Procuratorem, quod à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro, ad instantiam dilecti filii Claudi Abbatis Generalis ejusdem Ordinis de mense Septembri anni proximi præteriti 1654, emanarunt in simili forma Brevis Littera tenoris sequentis, videlicet.

S. 1. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Pastoralis officii nobis divinitus commissi partes esse cognoscimus ut Religiosorum virorum in humilitate spiritu sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis manipulatorum commodis, & felici directione intendentis illos à dispendiis quibuslibet quantum Nobis ex alto conceditur afferamus. Sanè pro parte dilecti filii Claudii Abbatis Generalis Ord. Cisterciensis per ejus Procuratorem Nobis nuper expostum fuit, quod licet peculiaria Ordin. prædicti privilegia à quam plurimis Romanis Pontificibus, & signanter à fel. rec. Pio II. Sixto V. Innocentio VIII. Pio IV. Pio V. & Greg. XIII. Prædecessoribus Nostris concessa, & confirmata respectivè disponant & de-

Supplicatio.

Recenset Li  
teras Innoc.  
X. Conf. §9.

cla-

clarent, quod Commendatarii Monasteria d. Ordinis in Commendam obtinentes nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos jurisdictionem exerceant, sed visitatio ad Abbatem Cisterci, & primos quatuor, ac eorumdem Commissarios ad eandem visitationem recipere, & in eorum manibus professionem emittere debeant, Commendatarii vero ne quæpiam propter delictum ejicant, sed quotiescumque Monachi quid admirerint, quod quidem animadversione dignum si, id quamprimum Priori claustral, vel Commissario significant qui correctionem juxta Ordinis prædicti Statuta faciat, ac demum Prior, & Subprior in iisdem commendatis, seu commendandis Monasteriis Officiales spirituales, & temporales d. Ordinis Professi, & non seculares per Commendatarios, etiam S. R. E. Cardinales fuerint instituantur; & præterea Concilii Trident. decreto sess. 25. cap. 20. statutum reperiat ut Piores Claustrales, aut in Prioratibus Conventum habentibus Superiorres qui correptiones, & spirituale regimen exercent à Capitulo Generalibus, vel ipsorum Ordinum visitationibus instituantur; ac insuper à Congregatione venerab. Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita resolutiones præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis innixa emanaverint die 2. Augusti 1647. quibus tunc existenti Nostro & Sedis Apostolica in Regno Poloniae Nuncio injunctum fuit ut serio invigilaret ne Commendatarii hujusmodi, & signanter dilectus pariter Filius Alexander Donhoff Commendatarius Monasterii Andreovien. Ordinis prædicti Cracovien. Dicesc. circa Officialium electiones, vel circa Monachorum vitam & mores, ceteraque Institutum Regulare spectantia se ingererent, nihilominus idem Commendatarii passim & in primis prædictus Alexander Donhoff in viis Litterarum Apostolicarum super eorumdem Monasteriorum Commendis expeditarum in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio tam in spiritualibus, quam temporalibus plenariè committitur, prætendentius instituendi, ac destituendi Piores, & Officiales claustrales visitandi, corrigendi, statuendi, ordinandi, & exercendi ea quæ Institutum regulare contingunt, eorumdemque Commendatiorum nonnulli non contenti reditibus, ac fructibus quorum majorem partem ex opulentioribus d. Ordinis Monasteriis colligunt in alienam insuper messem veluti in electiones, & depositions Priorum, & Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam in visitationes, & Monachorum correptiones falcam mittere præfumentes prædicta privilegia, & Constitutiones Apostolicas contemptui habent in grave ejusdem Claudii Abbatis immo universi Ordinis prædicti jurium præjudicium, quare idem Claudius Abbas Nobis humiliter supplicari fecit ut in præmissis opportuni provide de benignitate Apostolicâ dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum Claudium Abbatem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innovatis existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio inhærentes præallegatorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum privilegiis Ordinis Cisterciens. hujusmodi concessis, ac decreto ejusdem Sacri Concilii Tri-

dentini, & resolutionibus alias desuper factis Apostolicâ auctoritate tenore præsentium declaramus, decernimus, ac statuimus non licere Commendatariis, Piores, Subprios, aut Officiales claustrales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigerem, nec facultates eisdem in Litteris Apostolicis concessas, & expressas, prout suprà ad ea quæ Institutum Regulare concernunt, ac tenore prædictorum privilegiorum, & Sacri Concilii dispositione Monastico Regimini relinquuntur trahi posse, ac debere.

§. 3. Ideoque dilectis Filiis nostris, & Sedis prædictæ Nuncis, sive etiam locorum Ordinariis, vel d. Ordinis Conservatoribus per easdem presentes injungimus, ut quotiescumqua requisiti fuerint ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatario per censuras, & alia juris remedia, invocato etiam si opus fuerit brachii secularis auxilio cohibeant, & compescant salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Exécutores  
deputati.

§. 4. Decernentes præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, pro tempore spebit inviolabiliter observari, sive in iisdem præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane quidquid fecus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus que Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus nec non prædicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia robatas, statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque, indulxit, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes illis aliis in suo robre permanens ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica munitis, eadem proflus fides in iudicio, & extrâ adhibeatur, qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub anno Piscatoris, die 25. Septembris 1654. Pontificis Nostri anno 10.

§. 5. Cum autem sicut eadem dispositio subjungetur antea completan præinsertarum Litterarum hujusmodi executionem obitus ejusdem Innocentii Prædecessoris supervenerit, proindeque cupiant iudicem Exponentes pro firmiori eorumdem præinsertarum litterarum subsistentia illas auctoritate Nostræ Apostolica confirmari. Idcirco Nos eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innovatis existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrexis inclinati, de Venerab. Fratrum Nostrorum S. R. E.

Decretum  
irritans.

Innovat præ-  
insertas Lit-  
teras.

Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, praeinsertas d. Innocentii Praedecessoris Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris, quam facti defectus si qui de super quomodolibet intervenerint supplemus. Decernentes presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicutque per quoquaque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si quid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Innocentius Praedecessor in dictis suis Literis praeinsertis voluit non obstat, ceterisque contraria quibusunque.

Dat. P. An. I.  
die 26. Aug.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1655. Pontificis Nostri Anno Primo.

## VII.

Moderatio facultatum Rev. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe circa Legata, Pauperibus in genere facta.

*De hac materia Jul. II. Constit. 23. Liquet omnibus, Leo X. Clem. VII. Constit. 3. Admonet, Constit. 9. Dudum, Paulus III. qui refert Constit. Jul. II. & Leo X. Constit. 31. Dum Universos, Jul. III. Constit. 15. Accepimus, Pius IV. Constit. 62. De Commissio, Pius V. Constit. 96. Decet. Constit. 97. Exigit. Sextus V. Constit. 95. Clemens VIII. Constit. 115. Quaecumque.*

Edita An. D.  
1655.

## Exordium.

Constit.  
causa.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**S**uperni dispositione consilii vices illius gentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod uni ex illis fieret sibi factum asseruit, in his pastoralis Officii Nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorumdem pauperum, & præsternim per vicious, & plateas mendicantium necessitatibus opportune consuli arbitramur.

**S.** 1. Cum itaque retroactis temporibus fel. record. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & alii forsitan Romani Pontifices Praedecessores Nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra ceteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe Nostra construeretur, perpendentes suas, & Apostolica Sedis facultates ad id minimè sufficiendas, Fabrica d. Basilica, seu ejus Collegio inter alias plures gratias, facultates, & privilegia, applicaverint legata pauperibus in genere sive speciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expressis reliqua; cumque, hujus applicationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legatis fibi reliquis privati remaneant, multique pii fideles retrahi, vel saltē tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, qua alijs in eorumdem pauperum commodum reliqui essent, dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in prædicta Fabrica utilitatem ob privilegia præfata cesturas: Nos licet ad absolutam Fabrica d. Basilica terminationem, illiusque ornatum à die nostra ad Summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus, considerantes nihilominus ejus admirabilem structu-

ram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proinde longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quād de tempore concessionis antedicti, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam; æquum, & ratione consentaneum esse censemus, ut sublatto privilegii hujusmodi impedimento Christiani pauperes in posterum legata sibi relata, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè cipient, & consequantur.

**S.** 2. Morū itaque proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, hâc Nostrâ perpetuâ valitârâ Constitutione statutus, decernimus, & declaramus, legata pauperibus in genere ubicumque locorum reliqua, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque relinquenda non amplius sub legatorum incertorum nomine in Beneficium d. Fabricæ, juxta predicta ejus privilegia converti, neque sub ejus facultatibus comprehendendi, sed illa omnia veluti alia certa pia legata in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine secundum juris interpretationem comprehenduntur, plenè, & integrè, juxta pias legatum dispositiones cedere, ac iisdem pauperibus ab hereditibus, aliisque obligatis, seu à testamentariis, Executoriis, vel aliis quibus legatorum predictorum solutio, seu executio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata sive in pecunia, sive in frumento, pane, vino, aliisque ad humanum usum necessariis consistant, modis, temporibus, ac diebus à Testatoribus, seu Legantibus præscriptis solvi & consignari debere.

**S.** 3. Quod si ob moram, seu negligentiam hæredum, aut Executorum, seu aliorum obligatorum, vel etiâ ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio, & electio, seu alijs legatorum executio commissa fuerit, eorumdem legatorum solutionem, seu consignationem ultra debitum tempus differri, vel impediti contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarij, & illis deficientibus Commissarij, & Ministri prædictæ Fabricæ in casibus, in quibus alijs præmisforum executio de jure, & secundum facultates ejusdem Fabricæ ad eos devolvitur, voluntatem Testatorum, & relinquendum legata hujusmodi ad commodum & Beneficium eorumdem pauperum dumtaxat, prout servatur in alijs legis certis, exequantur.

**S.** 4. Porro quoad legata pro piis operibus in genere etiâ ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum Executorum, seu aliorum specificandis, declarandis reliqua, nullum prefenti Nostra Constitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimmo omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Praedecessores Nostros hæc tenus in præmisis concessa præservamus, in casibus tamen in quibus Executores, seu alii prefati, quibus competit facultas (quam per hujusmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediti volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint.

**S.** 5. Hanc verò Constitutionem, rati in casibus futuris, & deinceps contingentibus, quād in presentibus, & præteritis, præterquād in eis legatis, & reliquis, que hæc tenus à præfata Fabrica, seu ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuérint, etiâ super illis in quacumque instantia li pendat indecisa, servari, locum habere volumus, & declaramus. Cæteris autem ejusdem Fabricæ, seu illius Collegii privilegiis, gratiis, & facultatibus in iis, quæ præsentibus non adversantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per præfentes illarum, aut illis derogatum esse,

Legata in  
genera pau-  
peribus reli-  
qua eisdem  
distribui de-  
ceruit.

Ob moram  
vel neglig-  
entia  
hæredum  
Ordina-  
rios & Minis-  
tri Fabricæ  
in subsidium  
Executores  
designata.

In reliquo  
legatis jura  
Fabricæ inta-  
cta conserva-  
tur.

In quibus  
casibus Con-  
stit. locum  
habet.

seu